

四旬期第二週星期五

紫色

相傳聖維大利是死在被可壓填而活埋于洞內的。今天書信與福音所記述的，一是古聖若瑟被兄弟們投入于旱井內，一是國王的兒子被殺于管葡萄園的人們。以上所述的一切，一起提醒追念天主聖子基督的受難。在舊約中，報告了基督受難的預像，同樣在聖教歷史中，記載基督受難的重演：因為聖教的一般分子，即基督奧身的一切肢體，在他們身上，繼續重演那基督為救贖人類的受難。彌撒：基督被自己的人棄絕而又置之於死地，祂却藉自己的犧牲，實行了聖父託付祂的工程：即人類的得救。仰報天主垂愛的方法，便是信仰基督，及把我們全部奉獻於祂，使祂在我們身上完成聖化我們的工程。

詠 16 : 15 , 1

Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua. Exaudi, Domine, iustitiam meam: intende deprecationi meae. Glória Patri.

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire. Per Dominum nostrum.

創 37 : 6 – 22

In diebus illis: Dixit Ioseph fratribus suis: Audite somnium meum, quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulum meum et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Respondérunt fratres eius: Numquid rex noster eris? aut subiiciémur dicióni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, invidia et odii fómitem ministravit.

進臺詠

上主啊！求祢使我在義德中得見祢的尊容，在醒了在時候，使我得瞻祢的榮耀，這樣我就心滿意足。上主啊！求祢諦聽公義，傾聽我的呼籲。光榮歸於父……。

集禱經

全能的天主，求祢開恩，使我們經過這聖齋的洗刷，能具有純潔的心靈而到那即將來臨的巴斯卦聖節。因我們主……。

書信

那日，若瑟對他哥哥們說：「請聽我作的夢：我夢見我們同在田中捆麥子，忽然我的麥捆站起來你們的麥捆圍住我的麥捆下拜。」他哥哥們對他說：「難道你要作我們的君王？或者統治我們？」他們為了這夢和這番話，越發惱恨他。他又作了一夢，也告訴他哥哥們說：「我又作了一

Aliud quoque vidit sómnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per sómnium, quasi solem et lunam et stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo et fratribus rettulisset, increpavit eum pater suus, et dixit: Quid sibi vult hoc sómnium, quod vidisti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Invidébant ei igitur fratres sui: pater vero rem tácitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Israë!l: Fratres tui pascunt oves in Síchimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente: Præsto sum, ait ei: Vade et vide, si cuncta próspera sint erga fratres tuos et pécora: et renúntia mihi, quid agátur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem: invenítque eum vir errántem in agro, et interrogávit, quid quæreretur. At ille respóndit: Fratres meos quæro: índica mihi, ubi pascant greges. Dixítque ei vir: Recessérunt de loco isto: audívi autem eos dicentes: Eámus in Dóthain. Perréxit ergo Ioseph post fratres suos, et invénit eos in Dóthain. Qui cum vidíssent eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere, et mútuo loquebántur: Ecce, somniátor venit; veníte, occidámus eum, et mittámus in cistérnam vétérem, dicémusque: Fera péssima devorávit eum: et tunc apparébit, quid illi prosint sómnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebátur liberáre eum de mánibus eórum, et dicébat: Non interficiátis ánimam eius, nec effundátis

夢：夢見太陽和月亮並十一顆星辰向我下拜。」當他給父親和哥哥們講說這夢時，他父親就責斥他說：「你作的是什麼夢？難道我和你母親以及你的兄弟，都要來向你叩首至地？」他兄弟們都忌恨他；他父親卻將這事存在心裡。若瑟的哥哥們去了舍根，放他們父親的羊。以色列對若瑟說「你哥哥們不是在舍根放羊麼？來，我打發你去看看他們。」他回答說：「我在這裡。」以色列對他說：「你去看看你哥哥們是否平安，羊群怎樣；然後回來告訴我。」以色列便打發他由赫貝龍山谷前去；他到了舍根。有一個人見他在田間遊蕩，那人就問他說：「你尋找什麼？」他答說「我尋找我的哥哥；請告訴我：他們在那裡放羊？」那人答說：「他們已離開了這裡；我聽見他們說：我們到多堂去。」於是若瑟便去追尋他的哥哥，在多堂找到了。他們老遠就看見了他；在他尚未來近以前，就已決定要謀殺他。他們彼此說：「看，那作夢的人來了！我們殺掉他，將他拋在一口井裡，說是猛獸吃了。看他的夢還有什麼用？」勒烏本聽了，就設法由他們手中救他，遂說：「我們不要害他！」勒烏本又對他們說：「你們不要流血只將他丟在這曠野的井裡，不可下手害他。」他的意思是想由他們手中救出他來，還給父親。

sanguinem: sed proiicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manúsque vestras serváte innóxias: hoc autem dicébat, volens erípere eum de mánibus eórum, et réddere patri suo.

詠 119 : 1 – 2

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi, et exaudivit me. Dómine, libera ánimam meam a lábiis iníquis et a lingua dolósa.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. *Hic genuflectitur* Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

瑪 21 : 33 – 46

In illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum et princípibus sacerdotum parábolam hanc: Homo erat paterfamílias, qui plantávit víneam, et sepem circúmdedit ei, et fodit in ea tórular, et ædificávit turrim, et locávit eam agricolis, et péregre proféctus est. Cum autem tempus frúctuum appropinquásset, misit servos suos ad agrícolas, ut accíperent fructus eius. Et agricolæ, apprehénsis servis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, álium

臺階詠

我蒙難時一呼求上主，祂就俯聽了我的呼求。上主，求祢救我脫離說謊的口唇，求祢救我擺脫詭詐的舌根。

連唱詠

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢不要追念我們已往的過犯，而懲罰我們，願祢的慈悲、速來救濟我們，因為我們太荏弱了。（*此處跪下*）天主啊！我們的救援啊因祢聖名的榮耀、救助我們。因祢的聖名、解救我們，饒恕我們的罪惡。

福音

那時候，耶穌說：「你們再聽一個比喻罷！從前有一個家主，培植了一個葡萄園，周圍圍上籬笆園內掘了一個榨酒池，築了一個守望臺，把它租給園戶，就離開了本國。快到收果子的時節，他打發僕人到園戶那裡去收果子。園戶拿住了僕人，將一個鞭打了將一個殺了，將另一個用石頭砸死了。他再打發一些僕人去，人數比以前還多；園戶也一樣對待

vero lapidavérunt. Iterum misit álios servos plures prióribus, et fecérunt illis simíliter. Novíssime autem misit ad eos fílium suum, dicens: Verebúntur filium meum. Agrícolæ autem vidéntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, veníte, occidámus eum, et habébimus hereditátem eius. Et apprehénsus eum eiecérunt extra víneam, et occidérunt. Cum ergo vénerit dóminus víneæ, quid fáciat agrícolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet: et víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis. Dicit illis Iesus: Numquam legístis in Scriptúris: Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli? A Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferétur a vobis regnum Dei, et dábitur genti faciénti fructus eius. Et qui ceciderit super lápidem istum, confringétur: super quem vero ceciderit, cónteret eum. Et cum audíssent príncipes sacerdotum et pharisæi paráboas eius, cognovérunt, quod de ipsis díceret. Et quæréntes eum tenére, timuérunt turbas: quóniam sicut Prophétam eum habébant.

詠 39 : 14 – 15

Dómine, in auxílium meum réspice: confundántur et revereántur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxílium meum réspice.

Hæc in nobis sacrificia, Deus, et actióne permáneant, et operatióne

了他們，最後他打發自己的兒子到他們那裡去，說：他們會敬重我的兒子。但園戶一看見是兒子就彼此說：『這是繼承人；來！我們殺掉他，我們就能得到他的產業。』於是他們拿住他，把他推到園外殺了。那麼，當葡萄園的主人來時，他要怎樣處置那些園戶呢？」他們回答說：「要凶惡地消滅那些凶惡的人，把葡萄園另租給按時給他繳納出產的園戶。」耶穌對他們說：「『匠人棄而不用的石頭，反而成了屋角的基石；那是上主的所行所為，在我們眼中，神妙莫測』的這句經文，你們沒有讀過嗎？為此，我對你們說：天主的國，必由你們中奪去，而交給結果子的外邦人。跌在這石頭上的，必被撞碎這石頭落在誰身上，必要把他壓碎。」司祭長和法利塞人聽了祂的這些比喻，覺出祂是指著他們說的，就想逮住祂；但害怕民眾因為他們以耶穌為一位先知。

奉獻詠

上主啊！求祢垂顧我，來援助我！。願那些謀圖殺害我的人，一同蒙恥受辱。上主啊！求祢垂顧我，來援助我！

密禱經

天主，祈望這個聖祭，不但在我

firméntur.
Per Dóminum nostrum

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítteri iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

詠 11 : 128

Tu, Dómine, servábis nos, et custódies nos a generatióne hac in ætérnum.

Fac nos, quæsumus, Dómine: accépto pignore salútis ætérnæ, sic téndere congruénter; ut ad eam perveníre possímus. Per Dóminum nostrum.

Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo salutem mentis et córporis: ut, bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum nostrum

們身上永常發揮作用，並且日益加強它的效能。因我們主……。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報藉著祂（基督），對於祢的尊威諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

上主，懇求祢護祐我們，由這一代常拯救我們。

領主後經

主，我們於此領得永遠獲救的保證之後，懇求祢使我們如此致志在這永救的目標上，竟能達到為止。因我們主……。

為教民誦

主，求祢恩賜祢的子民神形康健為能以致力行善，時常堪蒙祢大能的護祐。因我們主……。